
BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

~~21-4-23~~

e. 34. 2, 20



BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

27 - 4 - 23

RESPONSIONVM CASVVM CONSCIENTIAE,

QVI OMNIBVS CVRATIS, ac Pœnitentiarijs ſingulis menſibus coram Illuſtr. ac Reu. Card. Palęoto Archiepiſc. Bonon. proponuntur,

PARTES DVÆ.

PER ADMODVM R. P. LODOVICVM DE BEIA Palæſtrelum Luſitanum Ordinis Eremitarum Theologum,


PVBLICVM IN BONON. GYMNASIO Sacræ Scripturæ profeſſorem, & Caſuum Conſcientiæ in Cathedrali Lectorem.

Huic poſtremæ impreſſioni additi ſunt duo breues, ſed doctiſſimi Tractatus, Alter quidem de contractibus liuellarijs. Alter verò de venditione rerum fructuoſarum ad terminum.

Item Secunda Pars nunquam antea impreſſa.

CVM PRIVILEGIO.

Ex libris Ciauſa



BIBLIOTECA COMUNALE DI SIENNA

VENETIIS, Apud Io. Baptiſtam, & Io. Bernardum Seſſam. 1597.

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

S. D. N. SIXTO V.
PONT. OPT. MAX.
S. ET FELICITATEM
PRÆCATVR.

F. Lodouicus de Beia Paleſtrelus ord. Erem. S. Aug. Sacrę Theologiæ doctor, eiuſdemque publicus in Bononienſi Academia profeſsor.

MEmini, Beatiſsime Pater, dixiſſe vindicem, & aſſertorem libertatis noſtræ hominum Sũmum magiſtrum, Chriſtum Ieſum cum ad delectos ſuos ſermonem haberet. Ego ſum uitis, & uos palmites. Recordor, Eccleſia Catholicam uineam vocari. Intelligo tibi cum perſonæ Pont. dignitate prouincia hac ab eo eſſe mandata; qui te in ſuum locũ ſuſtinuit; & uineę dilectę procurationem commiſit. Quocirca uideo, par eſſe, ut quibus

pars aliqua excolenda ſit tributa, ij, ut uillici, tibi ſummo cuſtodi, & magiſtro rationem reddant uillicationis ſuæ. Fui multis ab hinc annis, in ſtudio diuinarum literarum uerſatus, in florentiſſima Academia Conimbricenſi, patria mea, ubi in numerum eorum, qui ſancti Patris Auguſtini inſtitutis uitam perſequuntur, ſum cooptatus. Inde poſt longum tempus, ante annos fere quatuordecim, ſummi diſciplinæ Auguſtinianæ Magiſtri Thadei Peruſini decreto, in Italia ueni. Cum, & Romæ uixiſſem, & Peruſiæ, ac Florentiæ per aliquot annos, Theologiæ myſteria publicè interpretarer, ante annos decem Bononiam traductus, in Academia, eandem perſonam uſque ad hoc tempus ſuſtineo: conor pro mea uirili, & officio ſatisfacere, & gymnaſij dignitati reſpondere, & auditorum commodis ſeruire. Ex eo etiam die Illuſtriſſi-

BIBLIOTECA NACIONAL DE

mi

mi Cardi. Paleoti ſeruituti addictus, bis ſingulis hebdomadibus in Eccleſia Archiepiſcopali, de officio confeſſarij, ſermonem inſtituto, caſus quos uocamus conſcientiæ explano; & collectis in unũ curatis omnibus, præſente eodem Illuſtriſſimo Archiepiſcopo, ſingulis menſibus difficillimos quoque caſus in dies occurentes propono, & poſt uarias à cæteris dictas pro cuiuſque ingenio, ac doctrina, ſententias, rectam pronuncio, quid tenendum, quid fugiendum indico. Quæ res quantæ, magnitudinis, vtilitatis ſit, nemo eſt, qui ignoret. Sed ut fructum aliquem meæ procurationis, & diligentiæ exhibeam, ne abſconditſſe creditum mihi talentum videar, ex multis hæc collegi, quæ verſantibus in uinea hac Eccleſiæ Catholicæ, utilia, & conſentanea puto. Et ut non ſolum Bononienſes uillici, hoc eſt Paro-

chi, ſed alij etiam hos fructus poſſint decerpere, & delibare, tibi P.B. uineæ procuratori, & cuſtodi, illos dedico, ut in tuo nomine poſsint apparere opto; idque ad ſanctisſimos tuos pedes prouolutus ſuppliciter deprecor, ut huius tui tenuisſimi uillici parua munuſcula ne aſperneris. Erunt hæ exiguæ primitiæ, maiora deinde munera ingenij ſubſequentur. Tu P. B. non quanti hæc ſint expendes, ſed quo officio adductus offeram, qua uoluntate maiora promittam, conſidera. Sic fiet, ut hæc boni, & æqui conſulas, & ad præſtanda plura animum facias. Te Deus ſuæ uineæ multum, & diu ſoſpitem, & incolumem conſeruet. Bononiæ 12. Aprilis. 1587.

Ad ſanctiſs. B. T. Pedes prouolutus ſubmiſse.

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA